



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 56. Magoti Propositiones censuris notatæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

nuens oportere populum intelligere, quæ sunt in Ecclesia, est error Valdensium, & Meldensium.

Sæc. XVI.
A.C. 1559.

§. LVI.

Magoti Propositiones censuris notatæ.

Eodem mense Septembri die decima tertia rursus aliæ octo propositiones circa Religiosos, & justificationem ab Antonio Magoto Ordinis Fratrum Minorum pronuntiatae damnabantur: eorumque prima erat: *Peccant fundantes claustra, & ingredienti sunt viri diabolici.*

II. *Omnes de Ordine Mendicantium sunt hæretici, & dantes eis eleemosynas sunt excommunicati.*

III. *Ingredientes Religionem, aut aliquem Ordinem, eo ipso inhabiles sunt ad servanda præcepta, & per consequens ad perveniendum ad Regnum cælorum.*

IV. *Augustinus, & Bernardus damnati sunt, nisi pœnitentiam egerint, de hoc, quod habuerint possessiones, & instituerint, & intraverint Religiones, & sic a Papa ad ultimum Religiosum omnes sunt hæretici.*

Omnes, inquit Facultas, hæ quatuor propositiones falsæ sunt, erroneæ, impicæ, & hæreticæ, jam olim in Concilio Constantiensi adversus Joannem Wiclef damnatae.

V. *In cultu divino summa est vanitas, quod alii donis, alii proluxa, alii compta*

Sæcul. XVI. oratione, alii cæremoniis Deo satisfacere
 A. C. 1559. contendant.

Hæc propositio juxta Facultatis Doctores, est falsa, schismatica, & hæretica, a cultu divino retrahens.

VI. *Summa Evangelii est, Deum justum ex sola fide in Christum homines justificare.*

Hæc propositio est erronea, & hæretica.

VII. *Gloriari in propriis operibus, & in Dei voluntate opposita sunt, in bonitate & misericordia Dei est gloriandum, & non in operibus.*

Hæc propositio, inquit Facultas, in universum prolata quantum ad priorem partem est captiosa, & suspecta de hæresi. Postrema pars est falsa, & erronea.

VIII. *Ex expositione orationis Dominicæ: adveniat regnum tuum, non immerito regnum advenire dicimus, quia propriis meritis illud parare non possumus. Facultatis censura est sequens: Hæc propositio est captiosa, & valde suspecta de hæresi.*

§. LVII.

Quidam articulus Facultatis doctrinæ additus.

Argent. t. 1. Die sexta mensis Novembris Facultas
in append. in unum congregata circa sequen-
fol. XXI. & tia deliberabat negotia, ac primo qui-
1. 2. p. 281. dem Syndicus supplicavit, ut articuli
prædictæ facultatis, concernentes fidem
christia-